

1 Translate into English. Write your translation on **alternate** lines.

Caesar is besieging the town of Corfinium, held by Domitius, one of Pompey's supporters. Caesar reacts with caution to news that there is a mutiny amongst Domitius' soldiers.

itaque omnes uno consilio Domitium productum in publicum circumstant et custodiunt legatosque ex suo numero ad Caesarem mittunt: sese paratos esse portas aperire, quaeque imperaverit facere et Domitium vivum in eius potestatem tradere. quibus rebus cognitis Caesar, etsi magni interesse arbitrabatur quam primum oppido potiri cohortesque ad se in castra traducere, ne qua aut largitionibus aut animi confirmatione aut falsis nuntiis commutatio fieret voluntatis (quod saepe in bello parvis momentis magni casus intercederent), tamen veritus ne militum introitu et nocturni temporis licentia oppidum diriperetur, eos, qui venerant, collaudat atque in oppidum dimittit, portas murosque adservari iubet; tribunos militum et praefectos circummittit atque hortatur, non solum ab eruptionibus caveant, sed etiam singulorum hominum occultos exitus adservent. neque vero tam languido animo quisquam fuit, qui ea nocte dormiverit. tanta erat summae rerum exspectatio, ut alius in aliam partem mente atque animo traheretur: quid ipsis Corfiniensibus, quid Domitio, quid reliquis accideret.

Caesar, *De Bello Civili* 1.20–21 (adapted)

interest: it is important

largitio, largitionis (f): bribery

intercedo, intercedere: I occur

adservo, adservare: I guard

summa rerum, summae rerum (f): outcome

Corfinienses, -ium (m. pl.): the people of Corfinium (a town in Italy)

[Translation: 40]

[Style and fluency: 5]

[Total: 45]

- 2 (a) Translate into English. Write your translation on **alternate** lines.

In a letter to Paris, Oenone, a water nymph once loved by him, describes her grief at the arrival of Helen in Troy. She tries to persuade Paris to return to her, with a warning of the trouble Helen brings.

tunc vero rupique sinus et pectora planxi
 et secui madidas ungue rigente genas
 implevique sacram querulis ululatibus Iden.
 illuc has lacrimas in mea saxa tuli.
 sic Helene doleat desertaque coniuge ploret
 quaeque prior nobis intulit, ipsa ferat!
 nunc tibi conveniunt quae te per aperta sequantur
 aequora, legitimos destituantque viros.
 at cum pauper eras armentaque pastor agebas,
 nulla nisi Oenone pauperis uxor erat.
 non ego miror opes, nec me tua regia tangit
 nec de tot Priami dicar ut una nurus;
 dignaque sum et cupio fieri matrona potentis;
 sunt mihi, quas possint sceptrum decere, manus.
 nec me, faginea quod tecum fronde iacebam, 15
 despice; purpureo sum magis apta toro. 16
 denique tutus amor meus est; ibi nulla parantur
 bella nec ultrices advehit unda rates.

Ovid, *Heroides* 5. 71–90 (with omissions)

sinus, -us (m): fold (of a dress)
plango, *plangere*, *planxi*: I beat
unguis, -is (m): finger-nail
rigens, *rigentis*: hard
convenio: I am agreeable, I am pleasing
dico ut: I address as
nurus, -us (f): daughter-in-law
fagineus, -a, -um: of beech

Ide, acc. *Iden* (f): Ida (a mountain near Troy)
Helene, -es (f): Helen
Oenone, -es (f): Oenone (a water nymph who lives near Troy)
Priamus, -i (m): Priam (king of Troy)

[40]

- (b) Write out and scan lines 15 and 16 (*nec me ... toro*) marking in the quantities, divisions between feet and main caesurae. [5]

[Total: 45]

BLANK PAGE

Permission to reproduce items where third-party owned material protected by copyright is included has been sought and cleared where possible. Every reasonable effort has been made by the publisher (UCLES) to trace copyright holders, but if any items requiring clearance have unwittingly been included, the publisher will be pleased to make amends at the earliest possible opportunity.

To avoid the issue of disclosure of answer-related information to candidates, all copyright acknowledgements are reproduced online in the Cambridge International Examinations Copyright Acknowledgements Booklet. This is produced for each series of examinations and is freely available to download at www.cie.org.uk after the live examination series.

Cambridge International Examinations is part of the Cambridge Assessment Group. Cambridge Assessment is the brand name of University of Cambridge Local Examinations Syndicate (UCLES), which is itself a department of the University of Cambridge.